



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

21. De Tentatione Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

Se&t. I. De Præcepto I. Recept. Sentent. 27

an procedat ex odio in Deum volita: an indire-
cte, vti fit in damnatis: & an fuerit directe. Hæ-
reticales verò Blasphemie inter se differunt; vti
de in Confessione ellet dicendum: Tot Blasphe-
mias hæreticales protuli: & tot non hæreticales.
Caiet. v. Blasphemia. Azor. lib. 9. cap. 28. quæst. 10.

Qualitas autem Blasphemie explicanda necessa-
rio non est, in sententia nostra probabiliori, cir-
cumstantias non mutantes speciem non esse ne-
cessario in Confessione aperiendas. Scio ex alio-
rum mente adhuc aperiendam esse Blasphemie
qualitatem. Quia hæc non est solum aggrauans
circumstantia, sed in hac duplex intercedit mali-
tia, vna contra personam, quæ contumelia affi-
gitur, cum sit per se honore digna, & adoratio-
ne Duliæ: altera quatenus redundat in Deum, &
ipsi censetur principaliter fieri. Clauis Reg. lib. 6.
cap. 13. Reginald. l. 18. n. 101. Suar. de Relig. tom. 2.
tract. 3. lib. 1. num. 29. Sanch. lib. 2. sum. cap. 32. n. 29.
Layman. lib. 4. tract. 10. cap. 6. num. 12. Quid sen-
tiam proprio Problemate exponam.

Plures penæ blasphemis præscriptæ, Iure civili
morte plectuntur, aliquando trirēibus, exilio, lin-
guæ plectuntur abscissionē. Iure canonico olim
blasphemantibus erat constituta penitentia so-
lemnis, Clericus deponi iubebatur, laicus autem
anathemate percuti. Verum hæc penæ modo non
videntur vsu receptæ. Nonnullis tamen in Prouin-
ciis soler Blasphemia notoria quoad absolutionem
assollet reservari. Reginald. lib. 8. n. 102. & 103.
Azor. p. 1. 9. c. 8 q. 9. Toler. cap. 13. Suar. de Relig.
tom. 2. tract. 3. lib. 1. n. 7. num. 2.

Mixti fori est Blasphemie crimen, ideo tam per
Ecclesiasticum Iudicem, quam per sæcularem pu-
niri potest, & datur locus præventioni. Inquisito-
res autem hæreticæ prauitatis possunt de eo co-
gnosci, quando continet, aut sapit hæresim. Clauis
Reg. l. 6. c. 13. n. 10. Filliuc. tr. 5. n. 35. Azor. lib. 9.
c. 18. q. 10. Diana p. 4. tr. 8. resol. 9.

Monuerim, eos, qui assueti sunt, maleficia in
Deum, vel in Dinōs iactare, non esse simpliciter
à Confessione sacramentali arcendos: sed ab ea ad
tempus deberi seiungi, vt interim prauam consue-
tudinē exuant, & aliqua ex parte deponant. Si
verò absolutio commodè differri non possit, & si-
gna manifesta detestationis huius sacrilegæ dede-
runt impietatis, absoluantur, imposita salutari pœ-
nitentia agnata quidem criminis gravitate: Azor.
lib. 9. c. 18. q. 18. Sancius in select. d. 10. n. 7.

CAPVT XXII.

De Tentatione Dei.

Tentatio Dei est actus contra Religionem,
quo quis absque iusta causa aliquid dicit,
vel facit, ad capiendum experimentum de
diuina p rfectione, vt de potentia, de sapientia,
de iustitia, de misericordia, de voluntate,
de aliisque Dei attributis. Dixi hoc peccatum con-
tra Religionem esse, quia est quædam contra Deum
irreuerentia velle de ipsius perfectione experi-
mentum fumere absque iusta causa, relictis mediis
ab eo institutis. Quia nullus præsumeret, Deum
tentare, si de eius excellentia certus esset: At qui-
piam agere ex incertitudine de Dei excellentia,
q̃l diuinam irreuerentiam proculdubio pertinet.
E. Job. & Mend. Theol. Moral. To. I. V.

Quamuis ergò quod quis Deum tentet, possit ex
alio vicio provenire, nempe ex incertitudine Fi-
dei, ex defectu Spei, ex præsumptione, ac simili-
bus: ipsa tamen Dei tentatio directe ad irreligi-
ositatem pertinet. D. Tho. 2. 2. q. 97. a. 1. Sylui. ibi
Nauarr. cap. 11. sum. num. 40. Sanch. lib. 2. sum. c. 34.
num. 1.

Dupliciter potest quis Deum tentare, vel ex-
pressa, vel tacite, seu interpretatiue. Tentat expre-
sse, qui dicit, aut facit aliquid ea intentione, vt ex-
perimentum capiat de Dei bonitate, vel potentia,
sine pro se, siue pro aliis: verbi gratia, qui à Deo
petit miaaculum, vel qui se præcipitem agit in pu-
teum, vt experiatur, an se Deus lædi permittat. Ten-
tat tacite, qui aliquid gerit absque intentione ex-
pressa capiendi experimentum de diuina perfe-
ctione: illud tamen quod agit, ex se, & suapte na-
tura ad nihil aliud referri potest, quam ad lumen-
dum documentum de aliqua Dei perfectione: verbi
gratia, cum quis, relictis mediis naturalibus à
Deo ordinatis, agitudine pressus vult sanitati re-
stitui: vel qui, relictâ scala, vellet e turri per aëra
descendere. Certè ad tacitam hanc, seu interpre-
tatiuam Dei Tentationem requiritur, vt effectus
expectetur, vel petatur à Deo. Suar. tom. 1. de Re-
lig. tract. 3. lib. 1. cap. 3. Lessi. ib. 1. cap. 45. num. 3.
Layman. lib. 4. tract. 10. cap. 5. Reginald. l. 7. m. 26.
Filliuc. tract. 22. num. 261.

Verum Tentatio Dei expressa & formalis, regu-
lariter loquendo, si fiat absque iusta causa, pecca-
tum est lethale. Quia est quidam Dei contem-
ptus. v. gr. si proveniat ex crassa ignorantia, vel
ex dubitatione eorum rerum, quas homo scire de-
bet. Et quando coniungitur cum aperto vitæ peri-
culo, aut gravis læsionis. Et quando adest pericu-
lum scandali. Et si ex curiositate quis petat mira-
cula, quia notabilis irreuerentia est, cum Deo
agere quasi cum curiositatem facere. Suar. tom. 1.
tract. 3. l. 1. c. 2. n. 16. Sessi. l. 1. c. 45. d. n. 1. Tolet. lib. 4.
c. 9. Sanch. lib. 2. sum. cap. 34. num. 5.

Ex his deduco, Dei Tentationem esse morta-
lem, te Martyrio temerè, & absque iusta causa
offerri. (Tunc autem iusta adest causa, quando
Martyrium est sub præcepto, vel sub consilio.)
Quia est in re grani, & prouocantur infideles abs-
que causa ad mortaliter delinquendum. Quod si
aliquando sese Martyres supplicio offerebant, id
erat obtinendæ Fidei ex gravi necessitate, & diui-
ni instinctus excitatione. D. Thom. 2. 2. q. 124. a. 1.
ad 1. Caiet. libid. Nauar. sum. cap. 11. n. 41. & 51. Syl-
uest. v. Martyrium. Mortalis etiam est Dei Tenta-
tio, si quis sine præmia meditatione, nec coactus
iusta causa prædicare contendat, sperans fore, vt
Deus sibi dicenda inspiret, dummodo animo Dei
tentandi id gerat, scilicet si non eo animo, nec scan-
dali nec aliquod detrimentum notabile sequa-
tur: tunc enim erit veniale. Præterea venialis erit
Dei Tentatio, ratione inconsiderationis, aut
ignorantiæ non crasse. Ratione paruitatis mate-
riæ, seu periculi, cui se quis exponit. Vt in leui
morbo nolle medicinis vti, sperando vanè sa-
lutem à Deo, non petito miraculo. Nauar. citat.
Lopez p. 1. Instru. cap. 41. Sanch. l. 2. sum. cap. 34.
num. 16.

Iusta causa, Deum tentandi pro aliis est vel ne-
cessitas, vel utilitas. Necessitas quidem, cum
non appareat facultas viam Dei aliter mani-
festandi: quomodo Elias Deum tentauit,
vt populus incredulus eum reciperet, & Pro-
phetas Baal comminueret. Utilitas verò, cum
C 2 speratur

203
Tentatio Dei
expresse, vel
tacite.

204
Tentatio Dei
formalis pec-
catu lethale.

205
Etiam est
mortalis, te
Martyrio ten-
dere offerre.

Et prædicare
sine præmia-
tione sperans
quid à Deo
accepturum,
si fiat animo
Deum tenta-
tandi.

Ratione in-
consideratio-
nis, & igno-
rantia, ve-
nialis est.

206
Quam sit
iusta causa
Deum ten-
tandi.

28 Theologia Moralis Lib. XXVIII.

speratur probabilitate fructus in his, in quibus Deum manifestari volumus: ut quando quis petit miraculum ad infidelium conversionem. Hoc autem non nisi admodum est gerendum: quia miracula petenda non sunt, nisi vel ex divina reuelatione, vel ex instinctu Spiritus sancti interno, vel nisi necessitas & utilitas omnino evidens fuerit: alioqui temere attentat facere miracula se, fidemque suam ludibrio exponit. D. Thom. 2. 2. quest. 124. art. 1. ad 3. Layman. lib. 4. tr. 10. c. 5. num. 2. Tolet. lib. 4. c. 19. n. 8. Azor. p. 1. lib. 9. c. 1. q. 7. Lessi. lib. 2. cap. 45. num. 5.

207
Explicat in
Confessione,
an Tentatio
Dei fuerit
expressa, an
tacita.

In confessione explicandum, num Tentatio Dei fuerit expressa, num tacita. Quia Tentatio Dei expressa differt specie à tacita, seu interpretatiua: procedere enim solet ex principiis, & causis moralibus longè diuersis, & diuersimodè diuinæ reuerentiæ aduersatur. Tum etiam, quia exigitur manifestatio intentionis, qua factum est opus, quo tentari Deus dicitur: quando enim tentatio expressa procedit ex dubio de aliquo Dei attributo, tunc esset coniuncta malitia lethalis contra fidem. Suar. tom. 1. tract. 3. l. 1. cap. 3. num. 6. Sanch. lib. 2. sum. c. 3. n. 11. Reginald. lib. 17. num. 227.



CAPVT XXIII.

De Sacrilegio.

208
Quid Sacrilegium.

Sacrilegium dicitur à sacris legendis, id est fuffurandis. Vnde primò videtur impositum ad significandum furtum rei sacræ: postea tamen extensum est ad signandam omnem iniuriam, aut violationem rei sacræ. Rectè ergo sacrilegium definitur, Violatio rei sacræ. Res sacræ vocatur, quæ ad Dei cultum peculiari modo est dedicata. Hæc autem dicitur violati, quando indignè, seu contra reuerentiam Deo in rebus ipsi dicatis debitam tractatur. Suar. lib. 3. de sacrileg. Lessi. lib. 2. cap. 45. num. 6. Layman. lib. 4. tract. 10. cap. 7. ex D. Thom. 2. 2. q. 99. a. 1.

209
Tres sunt Sac-
crilegij spe-
cies: Contra
personas sa-
cras, contra
loca sacra,
contra res sa-
cras.

Tres Sacrilegij species distinguo. Primam contra personas sacras, secundam contra loca sacra, tertiam contra res alias sacras. Et nullum existimo sacrilegium esse, quod ad tria hæc reduci non possit. Nomine personarum sacrarum veniunt Clerici, & Religiosi, siue sint professi, siue non. Nomine locorum sacrarum intelligitur Templum autoritate Episcopi consecratum, Monasteria, Hospitalia, & alia loca, consecratione Episcopali Deo dicata. Nomine rerum sacrarum signantur Sacramenta, vasa sacra, vestes sacræ, & alia huiusmodi. Ideo committitur sacrilegium violando ea, quæ vel significant sacra: ut sunt sacra verba; vel repræsentant sacra: ut sunt imagines Christi Domini, & Sanctorum; vel adhibentur tanquam instrumenta in sacris administrandis: ut sunt calices; vel efficiunt sanctitatem, ut sunt Sacramenta. Azor. part. 1. lib. 9. cap. 27. Filliuc. tract. 24. num. 222. Bonacin. tom. 2. d. 3. quest. 6. punct. vnic. Nauarr. summ. cap. 27. num. 98. Reginald. lib. 19. num. 57.

210

Quatuor modis contingere potest Sacrilegium contra personam. Primò inferendo manus violentiam in Clericum, vel Religiosum aduersus priuilegium Canonis, cap. si quis suadente, 17. q. 4. ringeri. sacri. legum con. ja. per. iud. ja. tral.

tas in Clericum, vel Religiosum aduersus priuilegium Canonis, cap. si quis suadente, 17. q. 4. ringeri. sacri. legum con. ja. per. iud. ja. tral. quod ex motiua virtutis Religionis Ecclesiasticis, ac Deo sacratis personis est concessum. Malitia autem huius sacrilegij primario oritur ex Ecclesiæ, Religionis motiua, prohibitione: vnde sublata etiam excommunicatione, esset, remanente prohibitione, Sacrilegium. Secundo patrat, personas Ecclesiasticas subiiciendo secularis fori iudicio, aduersus priuilegium exemptionis illarum. Et hoc Sacrilegium diuersum est à percussione: vnde si Iudex tanquam priuata persona feriat Clericum, vel tanquam Iudex illum violententer detineat, non satisfaceret confessioni dicendo generatim, se manus violentas in Clericum iniecit: sed debet exprimere, se id gessisse iurisdictionem exercendo, quæ iniuria longè est diuersa, ideoque censura multiplicatur. Tertiò perpetratur Sacrilegium per impositionem tributi exigendo iniuste à Clericis temporaria bona; quia fit contra immunitatem Clericis concessam: fiet ergo peculiaris iniuria, & consequenter distincta Sacrilegij erit species. Quartò committitur luxuriose violando Corpus sacratum continentie perpetuæ voto. Quod intelligendum est tam de persona, quæ aduersus proprium votum fornicatur, quam de altera, quæ turpitudinis est complex. D. Thom. 2. 1. quest. 99. art. 1. Filliucius tract. 24. num. 217. Layman. lib. 4. tract. 10. cap. 7. num. 10. Lessius lib. 2. cap. 45. num. 12.

Ad secundam speciem sacrilegij atinet quidquid contra sanctitatem loci sacri geritur. Profectò locus sacer censetur ille, qui publica est ad sacrificium Missæ, vel alia Ecclesiæ Sacramenta, aut diuina Officia celebranda, autoritate dedicatus: tamen necdum consecratus, aut benedictus sit. Priuata verò Oratoria non consecrata, nec benedicta, aut eremitoria inter loca sacra numerari non debent, etiam si Episcopus dederit Missam in eis celebrandi facultatem: quapropter neque Ecclesiastica immunitate huiusmodi priuata Oratoria gaudent. Porro locus sacer latius patet, quam Ecclesia. Nam locus sacer censetur quicumque ad vsum pium, & religiosum publicè destinatus, ac veluti Deo dicatus est, ideoque profanis vsibus deputari amplius non potest. Vnde inter loca sacra annumerantur Monasteria & Xenodochia Episcopi autoritate erecta. Ecclesia verò appellatur locus, qui ab Episcopo consecratus, aut alia ratione, verbi gratià, Crucis erectione deputatus est ad publica Officia diuina, & Sacramentorum vsum. At iuxta priuilegiorum extensionem nomine Ecclesiæ in fauorabilibus veniunt etiam Monasteria, Xenodochia, & alia pia loca. Syl. parat. se. nest. v. Hospitalia, num. 4. Sà v. Ecclesia, num. 1. c. 1. quæst. 1. Couarru. 2. resolution. cap. 20. num. 4. Layman. l. 4. tract. 10. cap. 7. num. 6.

Patrat Sacrilegium quoties id fit, quod iure prohibetur sacro in loco, seu in Ecclesia gerendum. Prohibita autem ad tria capita possunt reuocari. Primum est, gerere in ea actum, quo ipsa poluitur. Secundum, vti Ecclesia tanquam communis loco ad actum profanum exercendum. Tertium, loci sacri immunitatem violare. Suar. lib. 3. de sacril. l. 3. cap. 4. Filliuc. tract. 29. num. 235.

Ad primum caput reuocantur quinque actus prohibiti in Ecclesia, quibus polluitur. Primus est hominis occisio, quæ fit culpabilis. Secundus est humani